claust

fugiendi potestas suppositae lacu e[...]uto et undiq. romanis cir-
cumdato. Nulla etiam in exiguis myoparonib. resistendi
fiducia. quid enim pauci aduersus plurimos facerent. ratib.
appropinquantib. tardior quidem harum appulsus et ef-
ficacior excursus nauigiorum. sed sine ullo uulnere
soli clypeorum repercussis spiculis crepitus audiebantur
appropinquare non audebant iudaei. nec impune quisquam
scafa propius accesserat. cum de proximo facile uel
telorum figeretur ictu uel ratib. demergeretur
et si quis enatare uel emergere temtauisset. sagitta uel iaculo
infestus miserabilem in fluctib. uitam deponere. nec
diutius resistere potuerunt cum diuerso genere minue-
rentur. Namq. paulatim concurrentib. plurimis ratib.
ad litora cogebantur romani maximum numerum naui-
giorum. atq. illi coartati aut in terram desiliebant
ibiq. a romanis interficiebantur. aut caedebantur
ab his qui de ratib. urgebant. aut concursu ratium
proterebantur. aut ipsi se in lacum deiciebant. cum
scafas eorum hostes insilire cerneres mixtas san-
guine aquas. plenum cadauerum lacum. Nulli enim
parcebatur. quicumq. occurrerat. grauis odor tae-
terrimus factor locorum. VI milia iudaeorum cum
superiorib. tamen et septingenti eo interemta bello
Uictor uespasianus taricheas reuerterat. illius regionis
populum ab urbano discernere parabat. ut qui non fue-
rant auctores seditionis reseruarentur. sed plurimoru
consilio. qui tantam superesse multitudinem. quae pos-
set recidiua proelia resuscitare paci aduersum et in-
utile locis arbitrarentur. ubi enim consisterent patria
excussi. quib. se alimoniis sustentarent exsortes omnium
nisi rapto uiuerent. sententiam flexit. et inspirata
uenia mortis. praecepit ut egrederentur. ea porta quae
esset e regione tiberiadis. atq. ad eam urbem contenderen
facile crediderunt quod exoptabant. coepere egredi
sed praeoccupato itinere commeantia iudaeorum
clausere agmina. atq. in urbis stadium introduxere